

## **Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum**

**Heser, Georg**

**Monachii, 1657**

102. Dæmonibus ire concessum in porcos.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](#)

D. N. IESV CHRISTI. 92

bat enim spiritui immundo, ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus custoditus: & ruptis vinculis agebatur a dæmonio in deserta. *Luc. 8. v. 29.*

III. Interrogavit autem illum Iesus, dicens: *Quod tibi nomen est?* At ille dixit: Legio, *Luc. 8. v. 30.* mihi nomen est; quia multi sumus. *Marc. 5. v. 9.* Quia intraverant dæmonia multa in eum. *Luc. 8. v. 30.* Et deprecabatur eum multum, ne se expelleret extra regionem. *Marc. 5. v. 10.* Et rogabant illum; ne imperaret illis, ut in abyssum irent. *Luc. 8. v. 31.*

## MEDITATIO CII.

*Dæmonibus ire concessum in porcos.*

I. Erat autem ibi circa montem gressus porcorum magnus pascens. Et deprecabantur eum spiritus, *Marc. 5. v. 11. § 12.* ut permitteret eis, in illos ingredi, *Luc. 8. v. 32.* dicentes: *Mitte nos in porcos, ut in eos introemamus.* Et concessit (permisit, *Luc. 8. v. 32.*) eis statim Iesus. *Marc. 5. v. 12. § 13.*

II. Exierunt ergo dæmonia (spiritus immundi, *Marc. 5. v. 13.*) ab homine, & in tra-

## 94 NO S O C O M I V M

traverunt in porcos : & impetu abiit grex per præceps in stagnum , & suffocatus est. *Luc. 8. v. 33.* Magno impetu grex præcipitus est in mare , ad duo millia , & suffocati sunt in mari. *Marc. 5. v. 13.*

III. Quod ut viderunt factum , qui pascabant, (eos, *Marc. 5. v. 14.*) fugerunt , & nunciaverunt in civitatem , & in villas , *Luc. 8. v. 34.* & in agros. Et egressi sunt videre, quid esset factum. *Marc. 5. v. 14.*

## MEDITATIO CIII.

*Geraseni exeuunt ad Christum , & hominem curatum vident.*

I. E xierunt autem videre quod factum est: & venerunt ad IESUM : & invenerunt hominem , ( illum , qui à dæmonio vexabatur, *Marc. 5. v. 15.* ) sedentem , à quo dæmonia exierant , vestitum , ac sanâ mente , ad pedes ejus , & timuerunt. *Luc. 8. v. 35.*

II. Et narraverunt illis , qui viderant , qualiter factum esset ei , qui dæmonium haberat, *Marc. 5. v. 16.* quomodo sanus factus esset à legione : *Luc. 8. v. 36.* & de porcis. *Marc. 5. v. 16.*

III. Et rogaverunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum , ut discederet ab